



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De circumactione. cap. lxxviii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](#)

A tōnis nostra gratia ipsos quoque angelos perstringere ausus, dixit, his verbis v̄tens, Licet Gal. 1.  
nos, aut angelus de cōlo euangelizet vobis praterquam quod euangelizauimus vobis, a-  
nathena sit. Quibus ex verbis discimus, quod quamlibet charus, ac singulari quadam no-  
minis fama conspicuus sit is qui prohibet, execrationi tamen esse debet vnicuique eorum  
qui Dei amore prædicti sunt.

## De circumactione.

CAP. LXXXVIII.

V M liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt omnes lu- I. Cor. 9.  
crifacerem. Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucra-  
rer: iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (cūm ipse non essem sub  
lege) vt eos, qui sub lege erant, lucrifacerem: ijs qui sine lege erant, tā-  
quam sine lege essem (cūm sine Dei lege non essem, sed in lege essem  
Christi) vt lucrifacerem eos qui sine lege erant. Omnibus omnia factus sum, vt  
omnes facerem saluos.

Qui per domum suam non se circunfert, possidebit ventos.

Pro. II.

## De sancta cruce.

CAP. LXXXIX.

E D I S T I metuentibus te significationē, vt fugiant à facie arcus. psal. 59.  
Manifesti erunt qui obſignant Legem, ne dicant. Eſa.

Dixit Dominus ad virum qui indutus erat lineis: Signa Thau Ezech. 9.

C **D** super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis  
abominationibus, quæ fiunt in medio Hierusalem. Et transite per  
median ciuitatem, & percute: non parcat oculus vester, neque misereamini  
Senem, adolescentulum & virginem, paruulos & mulieres interficie viſque ad  
internecionem: omnem autem, super quem videritis Thau, non interficie.

D Si quid passus est Christus, non sua, nec Patris causa passus est: sed vt humano generi chrys.  
salutem compararet. Ac si tibi cordi est, vir charissime, vim crucis perspectam habere:  
audi. Crux Christianorum ſpes est, crux cæcorum dux, crux errantium via, crux clau- Crux  
dorum baculus, crux pauperum consolatio, crux diuitum frenum, crux superborum atque Christia-  
inſolentium deieſtio, crux trophyum aduersus dæmones, crux aduersus diabolum victo- norū ſpes.  
ria, crux egentium copia, crux desperatorum ſpes, crux mortuorum resurrectio, crux na-  
vigatorum gubernatrix, crux tempeſtate iactatorum portus, crux oppugnatorum murus,  
crux orphanorum mater, crux viduarum patrona, crux iniquorum index, crux oppreſſo-  
rum recreatio, crux paruolorum custos, crux in tenebris ſedentium lumen, crux ſeruorum  
libertas, crux monachorum ſtudium & exercitatio, crux virginum pudicitia, crux ſacerdotum gaudium, crux Ecclesiæ fundamentum, crux eſurientium panis, crux ſitientium  
fons, crux nudorum integrumentum.

E Quoniam Satanas primum hominem per lignum interemit, idcirco Dominus humanitate indutus per crucis lignum effecit, vt diabolus humanis pedibus tereretur. Qui cuncte enim crucis signum habent, ipſius vim proculcant.

Cūm ad bellum proficiſceris, atque hoſtem tuum gladios aduersum te acuentem cernis, tu  
nihil eiusmodi tecum effer: sed crucis signum in pectore tuo atque in fronte tua habe, atque  
aduersus eum progredere, his verbis v̄tens, Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in  
nomine Dei nostri inuocabimus. Ac videbis illa omnia palearum inſtar dilapsa, te  
verò excitatum & erectum iri. Prædixit enim David de crucis signo, Dediſti metuen- psal. 59.  
tibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. Quodnam porro aliud signum nobis do-  
nanit, quam crucis mysterium? Hoc signo muri diſturbantur, hoſtes tanquam frenum pro-  
ſternuntur, dæmones in fugam aguntur. Denique omnia crucis signo, ob eius qui cruci af-  
fixus est potentiam, subiiciuntur.